**Dissertationem inauguralem de paralysi / Publico examini submittit ... Friedericus Kaltschmied.**

**Contributors**

Kaltschmied, Friedrich, 1643-1771.
Schenck, Johann Theodor, 1619-1671.
Universität Jena.

**Publication/Creation**

Jenae : Literis Wertherianis, [1668]

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/dcfbz6sq

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

AUSPICE CHRISTO
ATQUE
ILLUSTRIS ET GRATIOSISSIMI MEDICORUM ORDINIS HAC IN SALANA CELEBERRIMI
*CONSENSU BENIVOLO,*

# DISSERTATIONEM INAUGURALEM
## DE
# PARALYSI,

SUB PRÆSIDIO
*NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI ET EXPERIENTISSIMI*

## DN. JOHANNIS THEODORI SCHENCKII,

Medicinæ DOCTORIS ejusdemque Theoriæ PROFESSORIS PUBLICI famigeratiſſimi, Facultatis hodie DECANI Spectatiſſimi,
*Dn. Præceptoris, Hoſpitis, Patroni ac Promotoris ſui, Parentis loco filiali ac immortali obſervantiæ cultu ſubmiſsè deveneranti, æternumq; amandi,*
Pro Summos in Arte Medica HONORES conſequendi LICENTIA,
*publico examini ſubmittit*
ad d. 27. Jun.
In Auditorio majori
*horis ante- & pomeridianis*

## FRIEDERICUS KALTSCHMIED,

Uratislavienſis Sileſius.

*ANNO M. DC. LXVIII.*

Literis WERTHERIANIS.

# CARMINA VOTIVA.

In Honorem
*Nobilis, Clariſſimi ac Literatiſſimi Viri,*
Domini FRIDERICI KALTSCHMIED,
Medicinæ Doctorandi,
*Amici Dilectiſſimi.*

AMphitryoniades lernæa à clade reverſus
Victor erat celebris non ſine laude Sophûm.
Intrepidus Lernam morborum tollere KALDSCHMIED
aggreditur: Quantus nomina quanta feret?
Pro tanto ipſius Sophiæ myrteta labore
imponit capiti digna brabæa cohors.
Sic FRIDERICE diu pergas tentare Secreta
Artis Pœoniæ: plauſum Hygiæa dabit.

*L. M. Q. F.*

Johannes à Trauvvitz,
Hæreditarius in Pirſen & Coroſchki,
In Ducatu Olſnenſi Sileſiorum,
ANNO, quo
DeVs tIbI ſoL & ſCVtVM sIt,
*menſe Junio.*

KALT-

KALTSCHMIEDIÆ Germen Gentis præſigne, FRIDRICE,
Pæoniæque artis nobile delicium;
SALANUS Lauru tua cingit tempora Phœbus,
ſertaque Pergamius, præmia digna refert:
Gratulor ex imô nunc pectore, Fautor, honores,
utque alter CRATO ſis, Tibi corde precor.
Sisque potens FABER arte homini procudere vitam,
ſis JHOVÆ & Muſis, Gratiolisque ſacer!
Sis PATRIÆ fulcrum BRESLÆ, cunctosque labores
prædicet Elyſiis turba ſuperſtes agris.
Sit benè Amice, Tibi per multos inſuper annos,
multis per Te aliis ut diu adhuc benè ſit!

*Boni ominis & fauſtæ congratulationis ergò amorem & gratitud. teſtaturus ſcrib.*

Nicolaus Bohemus,
Eccleſiæ Metropolit. Magdeb. Diaconus.

Quæ

QUæ tibi mens animi *reſolutos* tangere *nervos*?
ad Medici vultum læſa dolere ſolent.
Sed bene! morborum moliris tangere *nervum*,
hoc opus, hoc medicæ *nervus*, honosque rei,
Gratulor! applaudit raris conatibus æger:
ſervati Medico plurima ſoſtra dabunt.

*M J. H.*

---

PArs hominum *paralyſi* animi correpta laborat,
cujus mens nullo virtutis amore *movetur*,
nec dignos veri ſtimulos *perſentit* honoris.
Felices ergò, quorum mens languida non eſt,
aut reſoluta jacet, ſed cingi tempora lauro
egregio gaudet, magnoque exultat honore.
*Tu* quoque felices inter, cum verus adeptus
tanti ſis lauri, ſigni virtutis & artis.
Floridus hic laurus, *Tibi* quem *Salanus Apollo*
*illuſtris* tribuit, *Tibi* quem gratantur amici,
turgentes nunquam ceſſet protrudere gemmas,
aſſidueque ferat fructus marcore carentes!

*His paucis & exiguis Præclariſſimi Dn. Doctorandi, amici & commenſalis ſui honoratiſſimi, honoribus adplaudere voluit*
Lucas Schröckius, Auguſtanus,
Medicinæ Studioſus.

---

INgenii vegetos *nervoſa* hæc Pagina *nervos*,
*enervans* πάρεσιν, comprobat eſſe tui.
Næ! dignus, cingat quem ſplendens *Purpura* frontem,
*Purpura* Phœbéâ nempe parata manu!

*Hisce*
*de ſpecimine ſolidæ Eruditionis abſolutiſſimo, nec non ſummos in Medicinâ conſequendi Honores Licentiâ, Cl. Dn. Doctorando, Fautori pl. honorando gratulatur*
Gottfried Schultz/Uratislavienſis. Med. Stud.

(o)

a. J. Kaltschmidt, Jeno 1668



Σ. Θ.

QUamvis ad id, quo quis hominem probet animalium omnium perfectiſſimum eſſe, motu locali, actionum utpote omnium excellentiſſima prorſusque admirabili, meliore nil melius, ſolidioreque nihil habeat ſolidius: dolendum attamen eſt, ne eum quidem integra illa & illæſa per vitam frui poſſe, catalogoque morboſorum languentiumque exemtam videre, ſed idem aliquando vel cum arboribus experiri fatum, uno quaſi ſemper adfixum loco detineri, vel ut ſtatuam ſine motu perſiſtere, flaccidisque huc & illuc transferri membris.

Evidentiſſimum argumentum rei haud dubiæ præ ſe fert affectus, qui motui locali inſidiatur, nemini non notus, PARALYSIS dictus, quo de, DEO juvante, impræſentiarum, pro Laurea Doctorali in Facultate Medica legitimè conſequenda, idque decreto illuſtris & gratioſiſſimi Medicorum hâc in incluta Salana Ordinis, plenius paulò acturus ſum.

## CAPUT I

## definitionem nominis præmittit.

VOx PARALYSIS *latè* accepta omnem motus ἀτονίαν καὶ ἀσθενίαν à quacunque cauſſa profectam denotat.

Totius corporis quæ eſt, ἀποπληξία vocari conſuevit. Videatur *Duretus 2. Coacar. c. 23.* & *Foëſius in Oeconom. Hippocr.* Reſolutio nervorum κυρίως *Celſo* dicta.

*Paralyſis* etiam catalepſi & caro attribuitur, ut eſt apud *Gal. de different. ſymptomat. 3.*

*Strictè* pro ea motus deperditione, ſive reſolutione, ſive membri impotentia, quæ partium eſt determinatarum, manus, pedis, cervicis, lateris alterutrius &c. græcis ἡμιπληγίη, παραπληγίη, lateris dimidii aut membri unius tantùm, docente *Aretæo lib. 1. diuturnor. c. 7.*

Nonnunquàm cum ſenſus unà abolitione, quâ ratione & ſenſus abolitio dicitur *Galen. 3. de loc. affect. 10.* quæ acceptio etiam hujus erit loci.

Συνώνυμα ſunt πάρεσις, παρέσεως πάθος, recens dictio, viſa eam aliquando denotare motus impotentiam, quæ ex colica oboritur & ſcorbutum comitatur. *Aliquibus ictus. Iſidoro impenſa corporis.* Rationem quære apud *Martinium in Lexico Philologico. Debilitas nervorum* à ſymptomate. *Contractio* eorundem verò admodùm abuſivè, ut eſt apud *Trallianum.* Abuſivè quoque ἀποπληξίη, ſique cum vulgo loqui quis velit, adnotante *Hoffmanno in Inſtitutionib.*

Ετυμολογίαν quod ſpectat, Græcis παράλυσις dicta videtur ἀπὸ τοῦ παραλύεσθαι, unde παραλυόμενοι, quaſi ex parte ſoluti, ad diſtinctionem τῶν λυομένων, totaliter reſolutorum, apoplecticorũ nimirum. Παρὰ enim particula diminuendi vim habet. Conſulatur *Hipp. Prorrh. text. 80. & 128.*

*Reſolutio nervorum* à Latinis, ut liquet ex *C. Celſo lib. 3. de re medica c. 27.*

*Reſoluti*, ſi vim nominis ſpectes, illi dicuntur, quibus laxiores redditi ſunt nervi, qui aliter, ut eleganter

loquitur *Tertullianus in Apologia de Chriſto*, ſanari non poſſunt, niſi diſſoluti & juſto laxiores reſtringantur. Reſolvere enim idem quoque Latinis atque mollire ſignificat, idque tunc fit, cùm nervi ab humoribus, re molli, obſtruuntur, quo minus ſpiritus animalis ad motum & ſenſum excitandum neceſſarium per eos dimanare queat. Talis nimirum ἀτονία eorum atque relaxatio hîc fit, qua qui corripiuntur, ad extendenda membra, omnibus ad motum exercendum redduntur inhabiles.

Ut autem convulſio ἐν τῇ τάσει: ita paralyſis ἐν τῇ λύσει conſiſtit. *Illicò* namque tenduntur & contracta: *hìc* ſolvuntur & ſoluta manent membra.

Τὰ νεῦρα, *nervi*, non modo ſunt illi, qui à cerebro ſpinalique medulla prodeunt, ſed etiam tendines & ligamenta muſculorum. In his autem motus voluntarius abſolvitur. *Petræus diſputat. Harmon. VI.* §. *16. Lindan. Medicin. Phyſiolog. cap. XVI.* §. 273. *C. Hoffmann. Animadverſionib. in Comitem Montan. c. 8. & ſeq.*

Poſteriorem acceptionem confirmat *Hippocrates:* Τὰ ὀςέα τῷ σώματι ςάσιν καὶ ὀρθότητα καὶ εἶδος παρέχονται. Τὰ δὲ νεῦρα κάμψιν καὶ ξύντασιν καὶ ἔκτασιν: *Oſſa corpori firmitudinem & rectitudinem atque pulchritudinem præſtant: nervi verò flexionem & converſionem atque extenſionem. Lib. de Natura oſſium.*

Ἡμιπληγία καὶ παραπληγία à πληγὴ καὶ ἥμισυς, quaſi ſemiictus, quaſſatio, reſolutio.

*Gutta* idem ac ſtilla, quâ propriè apoplexia cognominatur, cujus ni filia, fida tamen pedisſequa eſt paralyſis.

Ab eadem cauſa, gutta appellatur, à vitioſo utpote humore guttatim ad nervos parteſque motu devolu-

 to

to profecta. Hinc & Gallis & Italis le goutte, gotte. Germanis die Lähm/abuſivè der Schlag.

# CAPUT II

## realem definitionem ſubjicit.

DEfinitur: Motus voluntarii partium corporis certarum abolitio, dependens ab influxu ſpirituum animalium per nervos prohibito.

*Genus*, ut teſtatur *Gal.* motus voluntarii abolitio eſt *3. de loc. affect. ult. & 1. de cauſ. Symptomat. c. 5.* Οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀναισθησίαν καὶ ἀκινησίαν τῶν πεπονθότων τόπων eſſe ſcribit *Trallianus*.

*Motus* in homine cùm dentur duplices, *naturales & animales*, ἀπώλεια hæc ſive abolitio, eum, qui τῆς προαιρέσεως animaliſque vocatur, in homine καθ' ἐξοχὴν τῆς βουλήσεως καὶ εὐδοκίας, ſpontaneus & voluntarius dicitur, reſpicit.

Κίνησις hæcce προαιρετικὴ læſa, læſum, qui ei ſubordinatur, tactum ſenſibiliter manifeſtat.

In exquiſita ſenſus quoque privatio accidit. Hujus mentionem facit *Averrhoës.*

*Tactus* præ reliquis eminenter afficitur.

Eleganter hoc de negotio *Aretæus lib.* I. χρονικῶν: Ἢν ἁφὴ ἐκλείπη μούνη ποτὲ, σπανίως δὲ τοῖσδε, ἀναισθησίη μᾶλλον ἢ πάρεσις κικλήσκεται. *Si nonnunquam ſolus tactus deficiat (rarò id evenit) potius ſenſus abolitio, quàm pareſis nominatur.* Unde aliquando in paralyſi motus tantùm, aliquando ſeorſim tactus ſimul aufertur.

Minor prohibitio ocyus infringit motum, major verò

verò cum motu ſenſum unà, utpote quem minor influxus aut prohibitio tam citò non tollit.

Conſpicua eſt hæc ſenſus tactus remiſſio in illa, quæ apoplexiæ & epilepſiæ ſuccedit paralyſi, quæ aliquando reciprocat, dum obſcurè nonnunquàm & obtusè ſentiunt ægri, aliquando diminutè, aliquando verò non. Eſt itaque affectus hicce facultatis motricis animalis actionisque οὐκ ἀῤῥώςως, diminutè, neque μοχθηρῶς, depravatè, verum ὅλως, ad ſenſum totaliter læſæ aut prorſus ablatæ ſymptoma.

## CAPUT III

# Subjectum declarat.

Τὸ ὑποκείμενον ut *quod*, eſt totum corpus: ut *quo*, partes corporis determinatæ, & modò latus dextrum, modò ſiniſtrum, crus, manus, pes, digitus. *Pauſanias* Syrus Sophiſta rheda, qua vehebatur Romæ excidens, ſecundùm digitos minores atque medii partem, ſenſum imprimis quidem difficilem habebat, poſteà malè curantibus medicis ſenſum omninò amiſit, referente *Gal. 3. de loc. aff.* *Adæquatum* muſculus motus voluntarii inſtrumentum proximum:

*Principale nervus*, ſpiritus animalis, virtutis ſenſitivæ & motricis ad movendum & ſentiendum neceſſarii à cerebro ad partes derivandi diſtribuendique organum proximum. Nulla enim pars ſenſum vel motum voluntarium edit, quæ nervo caret. Anima inſtar aurigæ, equos freno gubernantis, nervis pro ſpirituum communicatione utitur. Uſum actionemque hanc nervis primariam alter non tollit, cujus *Gliſſonius, VVar-*

*thonus* aliique mentionem faciunt, quæ eſt, nutrimentum partibus advehere ſpermaticis, quamvis, ipſo fatente *Entio*, πρόβλημα hocce difficultatibus immerſum pluribus adhuc ſit.

*Minus principale cerebrum*, quod illæſum integritas operationum ſuarum evincit. Activè tamen ſe habet, cauſam ſubminiſtrando, de quo infrà.

*Venas* & *arterias* δὲ ἀπήρως unà languere oſtendit pulſus tardus, rarus, aliquando debilis, membri frigiditas & ἀτροφία, non quod deficiat ſanguis & virtus vitalis: verùm quod vigore ſuo orbatæ ſint, quem libero influxui ſpirituum animalium acceptum ferunt. Rationes memoratu dignas recenſet *Nathanael Highmor. lib. 1. disquiſit. Anat. p. 2. c. 3.* juxtaque ſuppoſita Harvejana; *Guern. Rolfincius methodo cognoſcendi & curandi affectus particulares capitis, diſſertatione X. p. 5. & 6.*

Subjiciuntur nervi affectui huic, πάθος que παρέσεως hocce patiuntur, modò ſecundum eorum *originem* & *exortum*, quod cerebrum ſpinalisq; eſt medulla per ſpinam decurrens; idque nunc ſecundum *medium* ejus, modò in regione oſſis ſacri: modò ſecundum *inſertionem*, & hinc modò crura, brachia modò, lingua, medietas modò dextra, modò ſiniſtra corporis reſolvitur. Ea enim medullæ conformatio eſt, ut bifida ſpinam perreptet, adeò ut non mirum, uno reſoluto latere, alterum officium ſuum non facere, quamvis non citra deformitatis notam, quæ ſana eſt, parti oppoſitæ affectæ ὁμοεθνίης lege compatiatur.

Non tamen tàm ut *ſimilares* ratione *temperamenti*, quàm ut *inſtrumentales* ratione *conformationis*, ut meatibus præditi inſenſibilibus ſunt, accuſantur.

CA-

## CAPUT IV

# de cauſa immediata & mediatis ſermonem pertexit.

CAUSSAM IMMEDIATAM prohibitum ſpirituum animalium in nervos influxum eſſe, ſubinnuere videntur ipſi quoque artis hyperaſpiſtæ tùm *Hippocrates lib. 2. de morbis*, tùm *Galenus 1. de cauſſ. Symptomat. 5.* Τὸ μὲν συνέχον αἴτιον, ταύτη τίς ἐστιν ἐν τῷ νεύρῳ ἡ διάθεσις ὡς ἐμποδίζεσθαι τὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐπιπεμπομένης αὐτῷ τὴν δύναμιν: *continens*, inquit, *hujus ſymptomatis cauſſa eſt talis quidam in nervo affectus, cujus occaſione à principio ad ipſum virtus transmitti prohibetur.*

MEDIATÆ, queîs ſpiritus animales influere prohibentur, ſecundum *eſſentiam* ſuam conſideratæ, res *ſolidæ* ſunt, *humidæ* & *ſpirituoſæ*.

Ad *ſolidas* referuntur *tumores, tophi, calli, ſanguis concretus, pus, excreſcentia carnis, &c.*

*Humidis* ſubſtituuntur *humores* omnis generis, *pituitoſi, bilioſi, ſanguinei, melancholici, ſeroſi*, tùm *ſimplices*, tùm *mixti*.

Ad *ſpirituoſas* vapor & flatus pertinent.

De *ſolidorum* effectibus teſtantur diſſectiones cadaverum apoplecticorum. De *pituitoſis* ſerum corporis atteſtatur, quibus ideò principatum præ reliquis defert *Rondeletius lib. curat. morbor. c. 23.*

*Bilioſos* admittit *Fernelius* & eum ante *Avenzoar* atque *Averrhoës*.

*Trallianus* à mœrore inductam paralyſin pro adſtruenda cauſſa melancholica utitur.

*Se-*

*Seroſorum* mentionem facit tùm *Volcherus Coiter*, tùm *Carolus Piſo obſervation*. 158.

Vaporoſæ paralyſeos monumenta propoſuit *Petrus Salius Diverſus Animadv. ad Altimarum*, comprobatque hiſtoria tonſoris, qui triduana paralyſi ob crapulam correptus, pòſt convaluit.

Idem quoque contigit ante plusculos annos civi cuidam oppidi hujus, qui unius brachii reſolutione ab inſtituta crapula correptus, altero die ab eadem iterum cauſſa, ſomno longiore ſubſequente, motum priſtinum recuperavit.

Cauſſæ hæ ſecundum *eſſendi modum* conſideratæ nunc *ſubſtantia*, nunc *qualitate prima*, *ſecunda* & *tertia*, nunc *motu*, *quiete* &c. ſicque occludendo, replendo, obſtruendo, comprimendo, conſtringendo, exſiccando, humectando & emolliendo temperiem, figuram & poſitum immutando, unitatem ſolvendo, ναρκῃ & virtute quadam nobis minus manifeſta atque ſpecifica ſpiritus immobiles reddendo, impotentiam hanc accerſunt.

CHIMICORUM ☿rius *cremoſus* permutationum gradibus alteratus, idem præſtat, qui congelatus corpora noſtra conſtringit, iratusque vi inſita in illos impingit, ſicque fulminis inſtar, illæſis carnibus nervos percellit, paralyſinque inducit.

Idem etiam à ☿ro non benè à ſanguine ſequeſtrato, ſed ſuperveniente ſpiritu ſalino coagulante, concreto, vim obſtruendi in & extra vaſa habente expectandum.

*Terror* Helmontianus motum tùm ſanguinis tùm ſpirituum ſpectat.

*Salia acida*, ubi exultant, coagulandi vim haben-

a humores ſimul atque ſpiritus figunt : *Alcalia* lixi-
ioſaquè reſolvendo, inundant, replent, ſociataquè tum
queis, tum terreis retrimentis, pro re nata modò an-
uſtant, conſtipant, modò conſtringunt, emolliunt,
omprimunt atque ſuffocant. Utraque locum hìc habere
oſſunt.

Motus ſanguinis impeditus, ſecundum *Harvejana*
*rincipia*, lentus, membra torpida reddere valet.

*Materiæ* ſubtilis defectus & remora â cauſſis tùm
xternis, tùm internis profecta, motum & influxum ſpiri-
uum ad partes ſecundum *Carteſiana* dogmata, hebetat
& aufert.

## CAPUT V

# Cauſſarum mediatarum ſe-riem enumerat.

CAuſſæ mediatæ remotioris locum obtinent, *res ſu-pernaturales, naturales, non naturales & præternatu-rales.*

I. Ex SUPERNATURALIBUS ſunt

1. *DEUS*, qui malis in pœnam, bonis & probis εἰς δοκιμασίαν, ne à viis Domini deflectant, vexatio enim dat intellectum, utque glorioſus & admirabilis per omnia habeatur, fidelibus ſuis morbum hunc aliquandò impertit.

2. *Incantationes & faſcina.*

II. Ex NATURALIBUS.

*Temperamentum* frigidum præprimis & humidum. *Debilitas* & mollities generis nervoſi ab ortu contracta.

Qui ex ſemine morboſo, apoplectico generantur liberi, comitem unâ paralyſin non raró experiuntur. *Obeſos, pingues & ſucculentos* præ macilentis pareſis frequentius adoritur; *Senes* præ juvenibus, *mulieres* præ viris.

III. EX NON NATURALIBUS

I. *Aër* per ſe in *primis* qualitatibus nimis *frigidus & humidus*: per accidens *calidus* fundendo, & liquando humores nervosq́ue invadendo. Idem efficit ſub ſole mora longior in plethoricis & catarrhoſis. *Venti* non aquilonares modò ac boreales, ſed etiam auſtrini in illis, qui cacochymici ſunt, promtè pareſin promovent.

In *ſecundis* qui craſſus eſt, nebuloſus, qualis locorum paluſtrium, undoſorum.

Quoad *occultas*, ille hùc pertinet, qui impotentiam motus accolis maris Balthici, à peculiari qualitate infert, ſcorbuticus appellatus.

*Idem* facit aër nocturnus, hyemalis & autumnalis ſuperfluitatum promicondus.

☽, humorum mater, plena magis ad paralyſin diſponit.

♄ in ſexta domo frigidis & humidis ſignis copulatus malum hoc fovere augereq́ue perhibetur.

II. *Victus ratio* copioſior, paucior, inordinata, alimenti tùm boni & laudabilis, tùm mali & illaudabilis. Accuſantur alimenta quæ humiditate multa excrementitia ſcatent, ut *carnes juniorum animalium, ſuillinæ*; ex piſcibus, *anguillæ, tineæ, carpiones*; *lac, fungi, olera*, fructus *horarii, fraga*; *legumina recentia, piſa fabæ*.

Poſt raphanos in taleolas ſectos honeſta matron

Ier-n

Jenenſis mente turbata & emota incidit in paralyſin, *referente Magnifico Gu. Rolfincio, diſſertatione allegata de Paralyſi.*

Ἡ κραιπάλη παρεστοφόρος ἐστι vini præprimis potentis meraciorisque, quale Creticum, Hiſpanicum atque Rhenanum eſt, largiter aſſumti contracta potu. Vinum metallinis refertum viribus, partibus alcalibus ſcatens & ♀reis, intima nervorum penetrat, vi narcotica ſpiritus animales conſopit. Tali à cauſſa paralyſin pronatam obſervavit *Fernelius* & *Salius*. *Vina recentia*, cereviſia etiam recens ejusdem commatis ſunt.

*Aromatum* uſus nimius, *medicamenta* purgantia *validiora*, *venena aſſumta & illita.*

Cùm barbitonſor quidam de dolore capitis vehementi conquereretur, aſſumto purgante medicamento, miteſcere prorſus malum cepit, qui tamen, poſtquam integram per noctem ſomnum placidum peregerat, manè expergiſcens unius lateris paralyſi ſe affectum deprehendit.

*Diuretica* & *Diaphoretica* impuro exiſtente corpore uſurpata, à centro ad circumferiam craſſa ſecum adducunt, nervoſo generi inimica. Exemplum adfert *H. Smetius in miſcellaneis.*

III. *Somnus & vigiliæ,*

IV. *Motus* & *quies*, mediocritatem ſi excedunt, ſuum quoque hùc conferunt ſymbolum.

*Equitatio* immodica membra valdè debilitat, nervosque tono ſuo ſpoliat, quod Scytharum exemplo confirmatur ab *Hippocrate.*

*Venus intempeſtiva & nimia* tùm apoplecticos, tùm paralyticos inſperatò reddit, tremore, titubatione capi-

 tis

tis, manuum pedumque, præeuntibus tibicinibus. Inter amplexus uxoris nobilem quendam paralyſi correptum, dulcique mort. exceptum notavit *Heinricus ab Heër in Obſervationibus.*

V. *Intermiſſa conſueta corporis evacuatio*, V. S., purgatio, ſuppreſſio menſium, quale exemplum profert *Hercules Saxonia in Praxi*, hæmorrhoides ſuppreſſæ ad idem malum excitandum anſam dant plurimam.

VI. AFFECTUS *animi, mæror, horror, terror, ira, gaudium, riſus.* &c.

IV. PRÆTERNATURALIBUS annumerantur, tùm *morbi*, tùm *cauſſæ morbi* atque *ſymptomata.*

Apoplexiam & Epilepſiam frequenter excipit paralyſis; dolores item colicos ſequitur. Pariter luxationibus, fracturis ſuccedit. Quandoque febribus tertianis intempeſtivè curatis; arthritidi item & calculo.

## CAPUT VI

## Differentiarum facit mentionem.

DIFFERENTIÆ ab *idéa* affectus petitæ, aliam indicant eſſe *perfectam*, in qua ſenſus & motus ſimul eſt depravatus, aliam *imperfectam* & *inchoatam*, in quâ ægri impotentes redduntur admodum & obſcurè ſentiunt. *Imperfectiſſimam* nominat *Gal. 3. de loc. 10.* ubi tollitur ſenſus illæſo motu.

A *ſubjecto* quæ deſumuntur, aliam faciunt *univerſalem*, ubi præter caput, truncus redditur immobilis, vel alterutrum latus, ſalvis reliquis partibus capitis: aliam

*par-*

*particularem*, cum lingua, oculi, digiti afficiuntur, quæ peculiaribus nominibus aliàs circumferuntur, nimir. ςρεβλισμȣ̃, ἀφωνίας &c.

Ratione *cauſſarum*, alia *primaria*, quæ à ſeipſa incipit, ab intemperie, conformatione mala, unitate ſoluta: *alia comitata*, epilepſiæ ſuccedens, apoplexiæ &c; *alia* à cacochymia, plethora, caſu, ictu, fractura, luxatione; à venenis, medicamentis, crapula.

# CAPUT VII

## Signorum diagnoſticorum catalogum apponit.

*Signa* quæ præſentem paralyſis ſtatum adaperiunt, haud obſcura eſſe poſſunt.

Ex illis, quæ ab *eſſentia* affectus deſumuntur, ſive illis, quæ τὰ ἐνέοντα κτ̀ τὸν τῆς ȣ̓σίας λόγον, eſſentialiter inhærentia appellantur, in *perfecta* ſunt abſentia motus & ſenſus membri, utque partes transferant ægri, opus habent ope aliena. *Imperfecta* adeſſe notatur cum aliqualiter adhuc objectum tactus membrum ſentit ægrum.

Ἀπὸ τῶν ἑπομένων quæ ſequuntur vel à *poſt eſſentialibus*, deſcendit membri reſoluti frigiditas, flacciditas, ſitus mutatio, extenuatio ejusdem atque brevitas. Urina tenuis plerumque, pulſus rarus, tardus.

Cæterùm ab *apoplexia* diſtinguitur, quod ſalvum adhuc cerebrum ſit ejusque operationes.

A *ſpasmo*, quod membrum attenſum rigidumque non ſpectetur, non doleat etiam, caleatque.

Ab *iſchiade* motus diminutione. In paralyſi

plane abeſt motus. Vitium non in tunica, ſed nervo conſiſtit.

A *ſuffocatione uterina*, quòd reſolutio adſit nulla; vellicationes ſentire hyſtericas ſe indicent, priventur reſpiratione.

A *catalepſi*, absque totius corporis rigore eodemque in ſtatu permanentia.

Ratione *ſubjecti* ſcire expedit, an paralyſis ſit à *cerebro*, an ex *partibus* infra cerebrum poſitis, à ſpinali medulla & nervis.

Si *viſus, auditus, guſtus*, unà læduntur, nervos primi, ſecundi, tertii, quarti, quintique paris vel in principio vel paulo poſt vitiatos eſſe conjicimus.

Si *vox* eſt oblæſa, nervi qui in muſculos oſſis hyoidis & laryngis inſeruntur, linguæ item, erunt relaxati.

Si *appetitus* unà proſtratus & viſcera ſtupida, nervi ſextæ conjugationis in culpa erunt.

*Si partes reliquæ infra caput reſolutæ*, vitium in ſpinali medulla & nervis particularibus quærendum.

Si itaque corpus vel alterutrum ſaltim latus eſt affectum, initium ſpinalis medullæ accuſabitur vel totaliter, vel quo ad partem dimidiam male affectum. *Brachia* & *manus* læſos eſſe indicant ex ſpina oriundos, qui eò deferuntur. *Pes reſolutus* & *veſica*, nervos ex lumbis & oſſe ſacro prodeuntes indigitant.

Ex *juvantium* & *lædentium* medicamentorum applicatione ſuper partem paralyticam, aut ad originem nervorum non parva quoque διάγνωσις deſumi poteſt, exemplo *Galeni* in Pauſania Syro *1. de loc. aff. 6.*

*Cauſſarum* ſigna ſi deſiderantur, ab *internis* malum hoc profectum intelligimus, cum nulla ab externis, uti caſus, ictus, vulneratio, perfrigeratio, &c. præceſſerit.

*Pituitoſam* oſtendit temperamentum frigidum, humidum, ætas ſenilis, victus frigidus & humidus, otium, quies, capitis gravitas, & ſomnus multus ante invaſionem.

*Bilioſam*, calida & ſicca corporis conſtitutio, potus vini generoſioris, ira; præceſſerunt morbi acuti.

*Melancholicam* ſenſus gravitas, corpus ad frigidum & ſiccum inclinans, metus, triſtitia, ſomni turbulenti, color faciei ad lividum devergens.

*Seroſam* & *flatulentam* deſtillationes & defluxiones, oſcitationes, ſternutationes, ſalivationes & ſputa copioſa, murmura, tinnitus, ſonitus aurium & ventris, vertigo.

Si *ſcorbuticum* μίασμα fomitem ſubminiſtraverit, ſcorbuti aderunt ſigna & ſymptomata; laſſitudo ſeſe exeret tenſiva, ſuaque motus iſte abolitus intervalla dilucida habebit.

Si *dolores colici* præceſſerint, epilepſia, apoplexia, &c. ex adſtantium relatione, propriiſque ſignis eruenda talia ſunt.

*An ratione communionis nervorum* colica in paralyſin deſinat, & an *immediate & ſimpliciter* hoc fiat, non mediante circulatione & per arterias, exinde ad nervos artuum, protruſa cauſſa morbifica? *Legeſis Magnifici Dn. Præſidis exercitat. anatomic. V. Lib.* 1. *Sect.* 2. *cap. XVIII. pag. 336.*

CA-

# CAPUT VIII

## Morbi ſtatum futurum ratione ſalutis & mortis, longitudinis & brevitatis modoque eventus ſubminiſtrat.

Πρόγνωσις ratione *ſalutis*. Per ſe non eſt fatalis hic affectus, ſalvæ enim adhuc facultates principes ſunt corpus gubernantes, niſi morbo accidat viribus jam fractis; Tum enim ſecus ſe habet & mortis nuncius exiſtit.

Difficulter attamen curatur, cùm non ſine magno labore temporisque diſpendio amoveri ſoleat. Imperfecta minus periculoſa. Melior in quâ partes non multum contabeſcunt. Si caleat membrum, ſpes melior exiſtit.

*Univerſalis* deterior particulari. Quò cerebro propiores afficiuntur nervi, eô pejor; quò remotiores ab eodem, eò melior ſperanda ſanitatis reſtitutio. Paralyſis linguæ nonnunquàm brevi curatur negotio, tale exemplum invenitur apud *Joh. Petr. Lotichium Conſil. & Obſervat. p. 176. & 180.* Non ita oculorum. In ſenibus ἀνίατος plerumque.

Deterior à vulnere, fractura, membri diſſolutione & diſciſſione. Lethalis eſt luxatas cervicis vertebras ſequens, *affirmante Jonſtonio Medicinæ practicæ lib. 8. cap. 6. artic. 5. p. 375.*

Si ætas ſenilis anſam dederit, ſi debilitas nativa ad-

ſit;

ſit membrorum, curatio difficilior. Hyemalis deterior æſtivâ & vernâ.

A vaporibus & narcoticis non diu durat.Ślioſa & ſeroſa facilius pituitoſâ & melancholicâ curantur. Colicam & epilepſiam in infantibus quæ ſequitur, brevius pollicetur curationis tempus.

II. Longus eſt morbus aſſerente *Celſo*, ſi cum acuto comparetur. Cæterùm viribus integris, cauſâque non adeò exiſtente validâ, ſeptimanæ unius alteriusque, interdum & menſis ſpatio percuratur. Legeſis *Altimarum & P. Salium Diverſum*. In Juvene citiùs, ſeriùs in ſene, qui non convaleſcentes, miſerum ducere halitum per vitam coguntur.

III. Modus eventus. Paralyſis ad *ſalutem devergit febre ſuperveniente*, cujus caliditas pituitam reſolvit & expellit. Quandoquè longâ diarrhæâ ſolvitur *auctore Rhaſe*, maximè affectus ubi recens fuerit. Si ex apoplexiâ in ſenibus, ad apoplexiam iterum prolapſa, mortifera evadit. Si, quæ potulenta aſſumuntur, cum ſonitu decidunt in ventriculum, moribundorum eſſe ſolet indicium, cauſam expoſitam vide apud *Höferum in Hercule Medico p. 64.*

## CAPUT IX

## methodum medendi indicationibus fulcitam à rebus p. & ſ. n. petitis, adponit.

QUia cognitio propter curationem expetitur, quæ finis artis medicæ eſt, ad hujus quoquè evolutionem nos accingimus.

 Ab-

Abſolvitur autem *methodo medendi* & *materia auxiliorum.*

*Methodus medendi* nititur *indicationibus,* quæ à *rebus* tùm *præter,* tùm *ſecundum naturam* petuntur.

*Illarum prima* CURATORIA dicitur, quæ morbo debetur, intemperiemque partium per *contraria* alterat, obſtructiones aperiendo tollit, vitiatam membri conformationem emendat, & ea quæ ſoluta ſunt, unit iterum adducitqué.

*Secunda* PRÆSERVATORIA cauſſas morbificas auferre jubet. Si humor peccet *ſubſtantia,* evacuetur, ſi *copia,* diminuatur, ſi *qualitate,* contrariis alteretur, ſi *motu,* intercipiatur, repellatur, derivetur, revellatur. Si flatus adſint, diſcutiendos illos præcipit.

*Tertia* SYMPTOMATIBUS debetur, ſi exceſſerint, uti ſunt vigiliæ, atrophia &c. & hinc mitiganda auferendaque.

*Harum* unica numero eſt, *vitalis* dicta, viribus tùm totius, tùm partis per *ſimilia* proſpiciendo, ne peſſum eant, ſed conſerventur, priſtinamque faciem recuperent.

*Materia* præſidiorum triplicis generis eſt, *chirurgica, pharmaceutica & diætetica.*

# CAPUT X

## agit de materia præſidiorum ex fonte chirurgico deſumenda.

VENÆ SECTIO locum hìc habet, ſi adſit plethora, ſup-

pres-

preſſa fuerit conſueta aliqua evacuatio, materia peccans cum ſanguine conjuncta ad partes feratur.

*Zacutus Luſitanus* militem ſeptuagenarium hemiplecticum robuſtum ſola V. S. reſtituit, *Prax. Admirand. Obſ. 39. l. 1.*

Solent, ſcribit *Hartmannus* in praxi, à V. S. inchoare practici curationem. *Prax. Chim. l. 1.*

*Quantitas* reſpondere debet copiæ, ita tamen, ne inde vires decrementum capiant.

*Locus* pars plerumque eſt oppoſita ſana. Si adſit plethora, ſecari poterit *mediana*; ſi hepar fomitem dederit, *jecoraria*; *ſalvatellæ* uſus in melancholica; à menſibus ſuppreſſis hæmorrhoidibusquè obſtructis ſi deſcenderit, *venæ pedum* aperiantur.

CUCURBITULÆ *ſcarificatæ* vicariam V. S. opem ſpondent, maximè ſi ſanguis fuerit viſcoſus. Laudantur à purgatione peracta inſtitutæ.

*Non ſcarificatæ* divertendi, attenuandi, reſolvendi & diſcutiendi vim habent, materiam idem ex alto attrahendi; atrophiæ etiam obſunt, dum partibus emaciatis affixæ alimentum attrahunt, partiquè reſolutæ frigidæ calorem reſtituunt. Cavendum tamen, ne quod attractum eſt alimenti, diutinâ applicatione iterum abſumatur.

CAUTERIA tùm *actualia*, tùm *potentialia* in uſu laudabili nunquam non eſſe poſſunt. *Locum* habent in illis præprimis, quorum corpus refertum ſeroſis humoribus eſt, & idcirco opus habent, quo ſenſim & ſenſim illi evacuentur, ne morbus augeatur vel novus producatur.

Gratia *curationis* parti affectæ; præſervationis,

*mandanti* inurantur. Probantur *ſetacea* cervici inuſta, trajecto filo ſerico, quo apertum ſervetur καυτήριον, ſenſimque materia deſtillet.

Gratia *revulſionis* etiam in vertice capitis, in parte oppoſita, artubus modò ſuperioribus, inferioribus modò, imprimantur.

Pertinent hùc *Urticationes*, quas poſt *Celſum* ſummoperè extollit *Riverius* in *praxi*. Affricandæ ſunt Urticæ virides parti paralyticæ, quo uſque rubeſcat, rubraque permaneat.

*Frictiones, picaciſmi* & *ſinapiſmi* etiam ex uſu eſſe poſſunt, ſanguinem & calorem fuſius ad partem adfectam alliciendo, priſtinumque robur ei adflando; cavendus tamen uſus eorum nimius eſt. Sufficere videntur, cum pars ab iſtis rubere incipit. Talia ſunt emplaſtrum *è ſinapi, rad. pyrethri, gummi euphorbio, opopanac. Reſina pini & terebinth.* picaciſmis inſerviunt.

# CAPUT XI

# pharmaciam pertractat.

MAteria, quam pharmacia offert, gratia tùm *evacuationis*, tùm *alterationis* & *corroborationis* adhibetur.

Inter EVACUANTIA UNIVERSALIA, quæ materiam ſubſtantia peccantem *ſenſibiliter* educunt, ſunt

I. LENIENTIA κάτω, qualia ſunt ex *ſimplicibus Galenicis, pruna damaſcena, polypod. ſenna, caſſia.* Ex *compoſitis ſirup. roſar. ſolut. ſimpl. diaſereos Andernaci, Elect. lenitiv. benedict. laxativ. diaphœnicon. Pilul. aloëphangina, Francofurtenſes,* ▽ *ſolutiva Viennenſ. ex*

*fol.*

*fol. ſen. & manna* , ▽ *ſolutiva D. Döringii. Infuſum laxativum Magnifici & Excellentisſimi D. D. Managettæ, Medici Cæſarei dignisſimi*, eſto tale pro unicâ doſi:

℞. *fol. ſen. elect.* ʒiß. *mann. elect.* ℥j.
*cremor.* ♀*ri* ʒß. *paſſul. minor.*
*confect. coriandr. an.* ℈ij.

Miſc. inciſa & contuſa craſſiusculè includantur nodulo, cui affundatur ▽ bullientis ℥iiß.

Stent in infuſione per horas ſex, fiat deinde colatura ſine vel cum leni ſaltem expreſſione & detur ad vitrum.

S. Laxier Tränckle in auff j mahl frühe nüchtern.

Ex *chimicis* prævalent *cremor* & *cryſtall.* ♀*ri*.

Si *clyſter* deſideretur in cacochymia pituitoſa:

℞. *herbar. 5. emollient.*
*flor. chamomill. Roman. centaur. min. origan. a.* Mj.
*ſen. Alexandr. ſ. ſ.* ℥j.
*polypod. quer.* ℥ß. *prun. dulc. par.* vj.
*ſem. aniſi, lini an.* ʒij.

Coque in ſ. q. aq. commun. ad dimid. part. conſumt. Colaturæ

℞. ℔j. *adde: Electuar. lenitiv.* ℥j.
°° *olivar.* ℥x. *irini* ʒij.
*vitell. ovor. no.* j. *ſal. commun.* ʒß.

M. F. l. a. Clyſter, detur in veſica cum ſyphone.

Vel ſi fortior paulò:

℞. *rad. angelic. betonic. ſcorzoner. an.* ℥j.
*herb. ſalv. rut. lavendul. a.* Mj.
*ſummit. herb. paralyſ. roriſmarin.*
*fl. tunic. ſtæchad. ſambuc. cent. min. a. p.* ij.
*ſem. aniſi, fœnicul. cumin. a.* ℥j.
*bacc. laur.* ℥ß. *Agaric. albiß.* ʒij.

Coque in ſuff. qu. ▽ commun. ad ℥viij.

 dis-

diſſolve *benedict. laxativ.* ℥ß.
*ſpecier. hier. Logad.* ʒiiß.
°°° *irin. chamomill. an.* ℥j.
⊖ *parùm.* F. clyſter.

Suppositoria etiam ex ſevo & melle, additis purgantibus, alvo immittenda, ſi abhorreat à clyſteribus æger.

*Venter* inungatur unguento de althæa, de arthanita.

Si per vomitum evacuanda materia pituitoſa ventriculo moleſta, proderit *decoctum ſem. atriplicis, rad. aſari* cum oxymelite; vel propinetur ⊖ ⊕*l. vomitor.* cum juſculo carnis, quod *Petrus Joh. Faber. valdè commendat in univerſal. ſapient.* ⊖ ⊕*l. vomit. Angeli Salæ.* Teſtor DEUM, *inquit autor,* nullum inter medicamenta vomitoria obſervavi magis univerſale, quam hoc ipſum ⊖ ⊕l. *Panacea etiam Glauberi* ad g. ij vel iij. in cereviſia calida pingui præſcribi poterit. Panacea ⊙ non minoris efficaciæ. Item Panac. ☿ ♁nial. ♂alis ✱ata ⊙laris.

II. Præparantia humorum, qualitatibus ſecundis, craſſitie nim., viſciditate, tenuitate &c. peccantibus, emendandis adquè exitum diſponendis præſcribantur.

Generalium nomine veniunt à chimicis *Elixir proprietatis, Mixtura ſimplex, Arcanum ♀ri, ⦶trum duplicatum Mynſichti, tinctura ♂ aperitiva.*

A Galenicis decocta ſpecier. *aperitiv. minor. & major. fl. & fructuum. Rad. ſarſaparillæ,* ▽ *aperitiva ex herbis, fl. ſeminib. fruct. & radicibus aperientibus, alterantibus, incidentibus &c. parata.* Paradigma ſuggerit

rit ▽ *deſtillata præparans Gu. Rolfincii. Sirup. de duabus radicibus, de cichor. borragin. betonica, nymph. ſerum lactis caprini deſtillat.* cum herbis refrigerantibus in cauſſa biliosa. Addi poterunt, ſi adſit *μίασμα* ſcorbuticum, ſimplicia antiſcorbutica, *nummularia, naſturtium, beccabunga, cochlearia.*

Si potione delectetur æger

in cauſſa bilioſa.

℞. ▽ *fragar.* ℥iv. *ceraſor. nigr.* ℥iß,
*ſirup. de corall. Quercetan.* ℥iß.
*acetoſit. citri* ℥j.
♎ *aperitiv. Penoti gutt.* v.
D. in fictili. S.
Kühlendes Digeſtiv drey Löffel / des Tages ij mahl.

In pituitoſa

℞. *eſſent. ivæ arthritica*
*mixtur. cephalic. D. Michaël. an.* ℥ij.
▽ *magnanimit.* ʒj.
*ſpir.* ♀*ri volatil.* ℈j.
In vitro.
S. Eröffnungs Eſſentz zu reſolvirung der zehen kalten Flüſſe 30. Tropffen alle Morgen.

In cauſſa melancholica

℞. *croc.* ♂ *cum* ♀*re parati* ʒj,
*fæcul. ari, cryſtall.* ♀*r.* ℈j.
Dividatur in 6. partes æquales.
D. in charta. S.
Eröffnungs Pülverlein auff 6. Tage.

Propinetur manè ſingulis diebus cum buccella panis ſimilaginei toſta parumper ad ignem, vinoque malvatico poſteà emollita.

Vel:

Vel:

℞. *Elixir proprietat.* ʒij.
*Tinctur. corall.* ʒiß. ♀ ʒiij.
S. Mixtura aperitiva.
Dos. gutt. xv - xx.

Vel:

℞. *Tinct.* ♂ *cum* 🜍 *eſurino præparat.* ℥ß.
S. Eröffnende Tinctur.

III. PURGANTIA variant pro peccantis humoris naturâ.

In PITUITOSA valet *agaricus, mechoacanna, turbith, hermodactyli, colocynth.*

In BILIOSA, *rhabarbarum, ſcammonium.*

In MELANCHOLICA, *ſena, helleborus, epithymum.*

In SEROSA *gialap. gum.gutt.*

In MIXTA CACOCHYMIA expurganda compoſitis utimur. Medicamenta inde magiſtralia parata ſuppeditant diſpenſatoria pharmaceutica tùm *galenica,* tùm *chimica.*

*Hieram picram* ſingulariter adhibebant veteres, aucta ſenſim ſenſimque doſi, ut docet *Johan. Stephan.* paraphraſi in *2.Fen.Avicenn. l.3. Pilulis cochiis* utitur *Zacutus l.c.*

*Antimoniatorum* uſus moderatus & tempeſtivus proſcribi nequit, qualia ſunt *vitrum, crocus, ſuccinum, turbith.* Commendari poterit 🜍 *vitæ aureus correctus Rulandi*, ſi pituitoſa regnet colluvies.

Proderunt etiam cryſtalli ☽*næ*, ☉ *fulminans*, ☽ ♃*niatum*, *ſpecificum purgans Crollii & Paracelſi, extractum Panchymag. Pilul.* ♀*r. Quercetan. de ammoniaco,*

Tin-

*Tinctura rhabarbari, extract. chalybis cum ſucco pomorum dulcium paratum.*

Si pulvis arrideat in *ſeroſa & pituitoſa:*

℞. *rad. gialap.* ℈j. *cremor.* ♀r. *g.* viij.
*diacryd. g. iiij.* *oſſ. human. calcinat. g. ij.*

D. ad chartam. S.

Purgier Pülverlein auff j mahl.

Vel:

Si *Pilulæ* in *cauſſa mixta:*

℞. *extract.* M P. *panchymagog. Croll.* ℈j.
*ſcammon. cum* 🜍 *parat. gr. vj.*
*trochiſc. albandal.* g. *iij.*

*Cum* 🜄 *betonicæ & primul. veris q. ſ.*

F. l. a. Pilul. no. xxix.

*conſpergantur pulvere caryophyll. aromaticor.*

D. in pixide. S. Purgierende Haupt und Glieder Pillen auff j mahl.

Vel:

℞. M P. *cochiar. gr. xij.*
*extract. panchym. Croll. reſin. ſcammon. a. g. v.*
*extract. troch. albandal. g. ij.*
*elixir proprietat. q. ſ.*

F. l. a. Pilul. no. xxix.

S. HauptPillen auff j mahl.

Bolus in bilioſa:

℞. *ſpecier. diaturbith. cum rhab.* ℈j.
*trochiſc. de viol. ſolutiv. gr. v.*
*conſerv. roſar. rubr.* ⊕*lat.* ʒiij.

F. l. a. Bolus.

D. ad chartam. S.

Purgierzucker auff j mahl.

Vel:

℞. *conſerv. fl. cichor.* ℥ij.
*gumm. gutt.* g. ix.
*ſpec. aromat. roſat.* g. iiij.
*reſin. ſcammon.* g. vj. ♀ 🜔l. g. ij.
♎ 🜔l. *rectif. gutt.* j.
*Cum ſacch. roſ. tabulat. q. ſ.*
F. bolus.

Si *vinum* aut *cereviſiam* medicatam appetat æger, ex prædictis concinnabuntur ingredientibus, additis tùm corrigentibus, tùm adjuvantibus dirigentibusque.

℞. *rad. turbith. mechoac. alb. rhabarb. el. hermodactyl. orient. ellebor. nigr. agaric. el. a.* ℨiß. *fol. ſen. ſ. ſ.* ℥iß. *gum. gutt.* ℨj.
*galang. mac. nuc. moſch a.* ℈ij.
*zingib.* ℈iß. *ſem. aniſi, fœnicul.* ♀ 🜔l. *a.* ℨij.
incidantur, contundantur & miſceantur.
Dentur ad chartam pro nodulo.
S. Species in Wein.

Uſus horum auxiliorum tùm in principio, tùm in progreſſu, maximè verò ſi per ἐπίκρασιν inſtituatur, è ſalute ægri exiſtit. Solâ purgatione reſtituitur paralyticus, *teſte Dodonæo.*

A mitioribus ad fortiora progrediendum, videndumque ne cotidiano uſu tonus nervorum lædatur; quandoquidem à nimia & vehementi evacuatione exſiccantur partes nervoſæ & tendinoſæ, ſpoliatæque nativâ humiditate, contrahuntur & extabeſcunt.

Nonnunquàm natura non tàm ab alvum educentibus, quàm per vomitum expellentibus opem depoſcit. Unde & hìc fortiora paulùm ex uſu erunt.

Si

Si *clyſter* deſideretur purgans, ex prædictis paretur ingredientibus.

IV. Diaphoretica & diuretica præmiſſis univerſalibus, ſi materia ſeroſa in habitu corporis deliteſcens, ſanationi obſtet, vel has ipſas vias affectet, moderatè adhibita, utilitate ſuâ non carent.

Utraque hac cautela adhibita commendavit vetuſtas, ut videre eſt apud *Hippocrat. in Coacis.*

Ad *ſudorem* eliciendum proſunt, *decoctum ligni ſancti, ſaſſafras, rad. chinæ, ſarſaparill. extract. lign. guajaci,* 🜍 *C. C.* ⊖*lat. lumbric. terreſtrium; tinctura bezoardica,* 🜍 *theriacal. pulv. bezoardicus Sennerti, Rolfincii.*

Ex chimicorum formulis prætereà petuntur ♁ *diaphoreticum, tinctura ejusdem ſicca, clyſſus,* 🜍 *auratum diaphoreticum, bezoardicum* ⊙ ♃*al.* ☽*nar.* ♂*tiale.* Vel *tinctura* ſequens præparari & in uſum trahi poterit: Redigantur ♁ ♃ ☽ mediante ⦶tri anatica proportione in pulverem alcoliſata, tali modo, quali bezoardicum ♃ ☽nare paratur. Ex iſto pulvere extrahatur cum 🜅 in ∴ tinctura. Deinde 🜅 abſtrahatur ad dimidias & plures. Quam tincturam *honoratisſimus meus Dominus Affinis* internè valdè proficuam fuiſſe paralyticis deprehendit, & nunquam ſine fructu adhibuit, uti ipſemet aliquoties vidi, à gut. xxx. uſque lx. in ▽ ivæ arthriticæ cum ſir. betonicæ aut pœoniæ. Pulverem à tinctura remanentem cum ſaccharo anatica proportione & aliquot guttulis °o° rorismarini & ſuccini albi commiſcuit, & vel per ſe in ▽ priori aut ▽ liliorum convallium aut tiliæ, vel cum tabulis, trochiſcis vel morſulis ad paralyſin directis, ut ſunt mor-

ſuli Imperatoris, vel conſerva aliqua adhibuit, magno non ſine paralyticorum emolumento.

Eliciatur ſudor vel in lecto, vel ſudet in balneo laconico æger.

Ad *urinam ciendam confert* 🜄 *è baccis juniperi, malvaticum juniperinum,* 🝆 *baccar. juniperi, terebinth. fœniculi, de quibus videatur Grülingius, tinctura* ♀*ri,* 🜍 *terebinthin. ſalis,* ⊖ *ononidis, geniſtæ, decoctum cicer. rubr.* ♁ *diureticum* ☉.

*Acidulæ etiam Ægranenſes, Svalbacenſes, Pyromontanæ* eidem ſcopo ſubveniunt.

Vinum ὀλιγόφορον atomis ſalinis diureticis tenuibusquè imprægnatum diluendo craſſos humores grato beneficio ægros exhilarat. Tale eſt *Jenenſe*.

Si *emulſionem* flagitet ægrotus:

℞. *decoct. cicer. rubr. cum* 🜄 *gramin. deſtill. parat.* ℥vj.
*ſem. melon. decorticat.* ʒiij. *C. B.* ʒj.

F. l. a. emulſio. Cui adde
*julep. roſat.* ℥iß. *magiſter. oculor.* ♋ ʒß.

In vitro. S. Harntreibende Glieder-Milch
auff etliche mahl.

Vel:

℞. *conſerv. cynosbat.* ℥iß. *capill.* ♀.
*rad. eryng. condit.* *pimpinell. condit.* a. ℥vj.
*extract. gran. juniper.* ʒiß.
*mag.* ♀ ⊕*l.* ʒj. *ocul.* ♋. ⊖ *ononidis* a. ℈ij.
*Cum ſuff. q. ſir. de parietar.* & 🜍 ⊕*l. q. ſ. ad acorem.*

M. ad vitrum conſerv. S.

Harntreibende Mixtur.

V. Evacuantia particularia capiti debentur, ut ſunt *errhina, apophlegmatiſmi, maſticatoria.*

Pa-

Parantur *ex fl. lil. convall. ſternutatoria*, addito in viris *modico ambræ & moſchi.*

Foliorum tabaci Indici pulverem naribus attractum commendavit hemiplectico nobili juveni *Benedictus Sylvaticus Conſ. & reſponſ. Cent. 1. conſil. 87.*

*Euphorbium* ▽ primul. veris incoctum & naribus illitum vehementius attrahit. *Sem. nigell. ſtaphyſagr. pyrethrum, nux moſchata, galanga, elleborus alb., maſtix, cubebæ, hyſſopus, ſtœchas, majorana, rorismarin., thym.* in ore detenta, dentibusque detrita, copiosè pituitam eliciunt.

Suſpectus uſus eſt horum, ſi defluxio ad pectus fiat, oculi ſint adfecti, caput reapſe debile.

His ſubjungenda ALTERANTIA ſunt ſimul & ROBORANTIA, viribus tàm manifeſtis & communibus, quàm occultis ſpecificis atque appropriatis corpus ſimul atque membra paralytica reſpicientia.

Petitur materia eorum ex regno triplici vulgò noto, quæ tùm *ſimplex*, tùm *compoſita.*

Eminent *arthritica, cephalica, antapoplectica & epileptica*, tàm interna, quàm externa, *ſimplicia, compoſita.*

Ex SIMPLICIBUS & COMPOSITIS *ſalvia, fl. primulæ veris, ſtœchad. Arabic., chamædrys, chamæpyth., N. M., ſuccin. ambra, moſch. corall. perl.* ▽*æ deſtillatæ ſalviæ, fl. cheiri, lavendul. ſerpilli cum ſuccino, hirund. apopl. epileptic. cum & ſine caſtoreo, apoplectica Langii,* ▽ *paralyticam præſtantem quær. in Keslero redivivo proceſſ. 354. p. 431. & ſeqq.* ♒ *lil. convall. ceraſ. nigr. formicar. lumbricor. terreſtr., cranii humani, ſanguinis humani, ſpec. diambr. diamoſch. diamargarit. calid. eſſent. ſuccin. Tragea*

 ad

*ad adfectus capitis frigidos Quercetani. Theriaca de viperis mirum in modum valet. conſerv. anthos, lavendul. ſalviæ. ☍ coſtin. vulpin. ſuccin. philoſophor, ſtanni, de quo vid. Croll. p. 507. ♆ & lac ♆ris vid. eundem p. 510. 524. ⊕l. Theophraſti ſecretum, conſule eundem p. 529. 530. ⊖lis p. 556. ſuccini compoſitum deſcriptum in Medicina Spagyrica tripartita Rhumelii p. 166.* Theriaca & mithridatio nil eſſe præſtantius, *confect. quoque anacardina, refert Joh. Stephan Aſſa fœtid.* ℈j. cotidiè exhibito, reſtitutum à ſe paralyticum adnotavit. *cinnabaris nativa, ♃nii rectificat. & cum magiſter. corall. & perlar. compoſita. Rotulæ ſmaragd. Mynſicht. Ejusdem ♎ cephalic. ♎ ⊕l. philoſoph. magiſter. oſs. human. Elixir. cephalic. Rolf. lib. IV. chim. in artis form. redacta exſtans.*

*Paracelſus aurum potabile,* & *liquorem gemmarum* ſingulariter commendat; *eſſentiam* item *lavendulæ, tinctur. Amethyſti, ſmaragd. Corall., ☽næ. tincturam* ſuadet *à gutt.* v. *ad* VIII. in liquore convenienti *Grüling. in florileg. part. XII. pag. 335. & ſeq.*

*Helmontius* lac perlarum commendat, ut videre eſt apud *Oſvvaldum Grembſium.*

⊖ perlarum mirificè prodeſſe refert *Grüling. in medic. pract. l. 1. part. 1. cap. 7. p. 49.*

INTERNE.

*℞. conſerv. fl. roriſmarin. tiliæ,*
*primul. veris. meliſſ. an.* ℥j.
*nuc. moſchat. in India condit.*
*fl. aurant. citr. condit. a.* ℥ß.
*ſpec. diamargarit. calid. diambra,*
*pulv. Marchionis a.* ʒj.
*elixir cephalic. Rolfinc.*
*♎ è cerebro humano prolect. a.* ʒß.

cum

cum ſirup. de iva arthritica & ſalvia a. q. ſ.
F. l. a. electuarium.
D. in pixide. S. Haupt und Gliederſtär-
ckung einer Welſchen Nuß groß auf j mahl.

℞. *pulv. analept. Rolfinc.* ℥j.
*fol. roriſmar. beton. lavend. cochlear. a.* ʒß.
*rad. ireos, acori, galang. a.* ℈j.
*coriandr. præparat.* ℈ij.
°°° *anthos deſtillat. caryophyll. cinnam. a. g.* iiij.
*fœnic. aniſ. gutt.* vj.
Sacch. roſ. tabul. ad pondus omnium.
In ſcatula. S. Hauptſtärckendes Triſinet.

℞. *cinnab. nativ. pelluc. & ſplendent.* ♁*nii a.* ʒj.
*croc. oriental.* ℈j.
°°° *ſtill. ſuccini alb. camph. caſtor. a.* ℈ß.
F. pulvis tenuiſſimus ſ. alcool, & detur
ad vitrum. S. Hauptpulver.
Doſis ℈ß ℈j.

℞. *confect. alkermes in rotulis* ℥iij.
D. in ſcatula S. Haupt Küchlein auff j mahl.

℞. °°° *aniſ. deſtill. rorismar. majoran.*
*ambr. gryſ. a.* gr. v. *ſacch. in* ▽ *roſ. ſol. q. ſ.* ℥iij.
M. F. confectio in rotulis.
S. Haupt Küchlein.

℞. *conſerv. flor. euphraſiæ, betonic. rorismarin. a.* ℥j.
*nuc. indic. condit.* ʒß.
*cortic. aurant. condit.* ʒij.
°°° *ſtillat. cinnam. gutt.* x.
🝫 ⊖*l. rectific. parùm pro grato acore*
*ſir. pæon. a. q. ſ.* F. l. a. electuar.
D. in fictili. S. Vermiſcht Zucker.

℞. *mithridat. el. antidot. Matthiol. a.* ʒiiß.
*caſtor. el.* ʒß. *cum mell. anacard.* M.
S. Mixtur zum Haupt. ℞.▽

℞. ▽ *hirund. Rondel. apoplect. Lang. a.* ℥ij.
*lavendul.* ℥j. *magiſt. corall. r.* ℈ß.
☌ *ſuccin. albiſs. deſtill.* ℈ß.
🜂 ⊖ *rectificat. parùm.*
M. diligenter D. ad vitrum.
S. Schlagwaſſer.

℞. ▽ *cephal. Carol. V. Imper.* ℥iij.
*lil. convall. c. vino deſtill.* ℥ij.
*primul. veris, ſalv. ex ſucco a.* ℥iß.
🜂 *ceraſ. nigr.* ℥ij.
*rotul. man. Chriſti perlat.* ʒij.
M. D. in vitro. S. Hauptwäſſerlein.

℞. 🜂 ⊕l. *antepilept.* ʒj.
*theriacal. camphorat.* ʒiß. *tinct. bezoardic.* ʒß.
In vitro. S. Glieder Tinctur/ XXI. Tropffen auff j mahl.

*Elixir vitæ cephalicum & ſtomachicum*, ſummæ efficaciæ, invenitur in *Ph. Reg. Zuvelf. p. m. 207. col. 2. pr.*

In uſum quoque poteſt trahi elixir cephalicum Crügeri. *Vid. eundem pag.* 1. *& ſequent.* bey Beſchreibung ſeiner Elixieren.

☌ cinnamomi venam ſub lingua inungi ſuadet *Conrad. Kunrath Medulla deſtillat. part.* 1. *pag. m.* 367.

*Idem* ex ligno guajaco præparari monſtrat ſingulari modo medicamentum paralyticum *medull. deſtill. part.* 1. *p.* 387. *& ſeq.*

*Balſam. polychreſtum*, ſi ex eo *elæoſacch.* paratum fuerit, in uſum quoque trahi poterit, cujus virtutem admirandam exitus aperiet.

A *colica & ſcorbuto* ſi affectus deſcenderit, ſpecifica antiſcorbutica & colica in uſum ſimul trahenda, ut ſunt: *Magiſt. cochl. eſſ. lumbricor. terreſtr. &c.*

Ex-

Externa non unius generis ſunt, *ex reſolven-*
*tibus, emollientibus, diſcutientibus, attrahentibus, mo-*
*deratè calefacientibus, exſiccantibus, roborantibusque*,
conflata.

Inter naturalia uſus valet thermarum *Caro-*
*linarum, Töplicenſium, Vinaceorum* etiam recentium ex
uvis dulcibus expreſſis relictorum, ſi illis includantur in-
denturque membra reſoluta, quo de plura legeſis apud
*Julium Cæſarem Claudinum appendice ad tractat. de in-*
*greſſu ad infirmos.*

Immiſſio in aquam marinam ab *Aureliano* ſuade-
tur, teſte *Zacuto Luſitano prax. hiſtor. lib. 1.*

Defectum iſtarum complent *artificiales ex* ⊖,
🜍re, ⦶l. ☿r. & ♂t. paratæ, quæ efficaciores evadunt, ſi
herbæ antiparalyticæ illis addantur, unaque in 🜄 fonta-
nâ ebulliant.

Ex *medicamentis*, quædam forma *humida*, quò *fo-*
*menta humida*, ad quæ *embrochationes* pertinent, *un-*
*guenta* item *linimenta, balſama, cataplaſmata* & *empla-*
*ſtra*: quædam verò *ſicca* applicantur, ut ſunt *ſaccu-*
*li, cucuphæ, ſuffimigia*, &c.

Ex oleis laudantur *irinum, vulpinum, de caſtoreo,*
*irſin. coſtin. N. M. expreſſ., chamomill. lumbric. terreſtr.*
*viperin. philoſophor. petrol. de ſapone veneto. Balſam.*
*juniperin. unguent. nervinum Vigonis, martiatum, Ar-*
*agonis*; illud etiam cujus meminit *Valleriola l. 4. ob-*
*ſervat. 4.* quo ſeptuagenarium paralyticum reſtituit.
Commendatur pinguedo *felis ſylveſtris, taxi, vul-*
*pis.*

℞. *Ung. Martiat. utriusque* ℥iß.
*oo nuc. moſchat. expreß.* ℥ß.
*medull. cervina* ℥j.
*vini malvatici* ℥iß.
coque lento igne ad vini conſumtionem.

poſtea adde:

*ol. ſapon. philoſophor. de caſtor. a.* ℥j.
M. D. in fictili.
S. Euſſerlich GliederStärckung.

Subſtitui interdum poteſt *ungu. nervinum Auguſtanorum*, prout à *D. Zwelf.* correctum eſt. *Unguentum Hugonis* vel *mixtura antiparalytica Balthaſar. Tim.* von Güldenklee/ quâ membra reſoluta quotidiè affricari poterunt, quæ talis:

℞. ▽ *Salomon.* ℥vj.
*apopl. Heroic.* ℥iij.
*balſam. de peru el.* ʒvj. M.

Locum *balſamorum* ſupplet *Peruvianus*. *Anglicus* qui vocatur, miris modis commendatur ad inſultus paralyticos & apoplecticos profligandos.

Poterunt etiam magno cum commodo membra paralytica ſequenti balſamo inungi:

℞. *oo lumbric. terreſtr. coſtin.*
*ſambucin. de ſtyrac. a.* ℥ß.
*de caſtor. euphorb. a.* ʒj.
*ſalviæ, ſuccin. deſtillat. a.* ℈ß.
*vulpin. urſin. a.* ʒvj.
*nucis m. expr.* ℈j.
M. diligenter ad fictile.
S. AnſtreichOel.

*Linimenta* ex oleis prædictis conficiantur, ex pinguedinibus etiam animalium, taxi, vulpis, &c.

℞. *pin-*

℞. *pingued. human.* ℥j.
*canis, vulp. taxi a.* ℥vj.
*leporis, catti ſylveſtr.*
*medull. capreol. a.* ℥ß.
*gum. galban. opopan. hederæ vel elemi a.* ʒiiiß.
*ſtyrac. liquid.* ʒiij.
*diſſolv. in* ▽ *ſalv. vel rorism. vel cheiri,*
*ſucci ſalviæ* ℥vj. *maſtich.* ℈iiß.
*ol. lumbric.* ℥ß. *terebinth.*
*cheirin. tapſi barbat. maſtichin. a.* ʒiij.
*roſ. complet. ranar. a.* ʒiiß.
*ol. nardini parùm odoris gratia.* F. linimentum.

Nonnulli anſerem deplumatum variis ſpeciebus antiparalyticis fartum igni admovent, pinguedinequè exſtillante linimenti loco utuntur. Tale eſt linimentum de pinguedine anſerina *Prævotii*, quod ſuadet *Macaſius in promtuar. medic. libr. poſterior. p.* 287.

Quandoque ▽ *vitæ* membra fricanda paralytica, quæ acuenda additione -○- ♀ri, ✱c. *urinæ, fuliginis.* Proderit etiam -○- *vini paralyticus* cujus deſcriptio invenitur apud *Horſt. Ph. lib. 7. p. 222. col.* 1. Proderit *eſſentia Folior.* tabaci cum vino malvatico parata de conſilio *Hartmanni.* Maximè etiam utilis eſt balſamus nervinus & eſſentia ex foliis tabaci cum -○- paralytico extracta. Imprimis convenit balſamus verus. *Zacutus Luſitanus prax. medic. admirabil. lib. 3. obſerv. 64. fol. 16.* maximè balſamum cum ▽ vitæ mixtum profuiſſe narrat.

*Sacculi* ex origano, ſerpillo, rorismarin. ſpica, lavendul. chamomill. rom. primula veris &c. parati, paralyticis circumponantur membris.

Ex *iisdem cucuphæ* parentur, additis aromatibus & *ſpeciebus diambræ & diamoſchi.*

*Emplaſtra* de tacamahaca & galbano, item de meliloto & diachylo compoſito ſeu de mucilaginibus non erunt inutilia.

℞. *emplaſtr. de bacc. laur.* ℥iß.
*ol. rutæ, nardin. a. q. ſ.*
Malaxentur. F. emplaſtrum. S. Pflaſter.

*Cataplaſmata* ex herbis & radic. emollientibus, addita farina lupinor. fabar. ol. lil. albor. coſtin. &c. parari poterunt.

*Suffitus ſicci fiant* ex thure, maſtiche, benzoe, ſtyrac. calam. ſuccin. citr. oliban. alipt. moſchat. caryoph. ſchœnant. gumm. animæ, juniperi, hederæ, & lign. aloës gummoſ. *Vid. Zvvelf. Ph. Reg. p. m. 138. Col. 1. pr.*

Prodeſt etiam *ſuffimentum* epilepticum *Mynſichti*, de quo conſulatur *Pharm. Horſt. p. 522. Col. 1. m.*

*Humidi* ex decoctione ſimplicium antiparalyticorum parentur, vel mediantibus ſcoriis, ſilicibusquè candefactis injectisquè proliciantur, quo partem reſolutam contingant ſudoremquè expellant.

*Inſeſſus & balnea*, re exigente, non erunt infrugifera. Ex ol. parata communi ſeu olivarum commendat *Aretæus*. Fieri poſſunt ex locuſtis juniperinis & abietinis. Vel:

℞. *Rad. alth. Miß. ſem. lin. fœnugr. a. Mij.*
*herb. ſalv. lavendul. ivæ arthritic. a. Mij.*
*abſinth. betonic. hyperici ſtœchad. Arab. a. Mj.*
*fl. aneth. M. ij. malv. chamædr. meliſſ. a. Mj.*
adde
*Cap. vervec. vel agnin. rec. mactat. no. j. vel ij.*
bulliant in ſ. q. ▽ fontan. ad conſumtionem medietatis pro balneo.

*Bal-*

*Balnea* ♀rata ſunt præſtantiſſima, qualia recenſentur *à Bernhardo Verzaſcha, in exercitat. de paralyſi* §. *IV.*

Poſt uſum balnei locus affectus balſamis præſcriptis diligenter calidèqué inungi debet, facto hoc, ſuperimponi poterunt emplaſtra paulò ante annotata.

Formicæ majores unà cum ovis & ſtruis particula, quam inhabitant, ſacculo incluſæ, ſi hic prius ebulliverit in ▽ appropriata aut decocto quodam, partes paralyticas calefaciunt, diſcutiunt, exſiccant, roborant atqué confortant; eoqué tutius utendum, quo certius conſtat humores frigidos anſam malo ſuppeditaſſe, corpusqué frigidum ſimul atqué humidum exiſtat.

# CAPUT ULTIMUM
## Diætam ſubminiſtrat.

DIÆTA ſex rerum non naturalium uſu legitimo abſolvitur, ſtudens virium reparationi & conſervationi per ſimilia naturæ, morbo verò contraria.

VITALIS jubet *aërem*, ſi frigidus & humidus is ſit, in calidum & ſiccum permutare. Mutari poſſunt loca aquilonem verſus & boream ſita. Accendantur ligna juniperina. Calidus per frigida alterandus, aquæ aſperſione frigidæ, roſarum, violarum &c.

*Animi pathemata* mediocritatem ſervent. *Ira, mæror, triſtitia* exulent, maximè ab his, qui inde ſe male habent & læduntur.

NATURALIS cibos commendat εὐχύμους ϰ̀ εὐπέπτους, qui

qui ſuccis non abundant aqueis, frigidis, lentis, viſcidis. In cauſſa tali probantur magis aſſata quàm elixa. Condiri poſſunt ſalvia, rorismar, majorana, thymo, cardamomo, baccis juniperinis.

*Panis* laudatur benè ſubactus, ſiligineus, triticeus, fermentatus & coctus, ſemine cumini, aniſi, fœniculi conditus. *Lacticinia* & fructus horarii exulare debent. Olera quæ flatus generant, evitari poſſunt.

*Potus* ſit frugalis. Nimis gelidus nervis eſt inimicus. Cereviſia hordeacea triticea plus refrigerat & abſtergit; lupulata nimium, nocet. Hæc magis nutrit. *Medicata ex rorismarino, baccis juniperi, hyſſopo, meliſſa, chamædr. paratur.* Poterit etiam uti æger loco potus ordinarii de die aliquoties decocto guajacino cum competenti doſi ∿ ♀i. *Vinum* ſimpliciter proſcribi nequit. Conſulatur *Zacutus l. cit.* Attamen recens non dandum. Forte quod eſt, evitari debet, vel aqua tamen dilui. Commendatur ὀλιγόφορον. *Serum lactis* caprinum, in cauſſa calida & ſicca improbari nequit.

ANIMALIS, *motum* & *quietem* moderatam præcipit. *Somni* vitentur longiores. *Alvus* cotidiè ingeſtis reſpondeat; ſecus verò ſui officii admonenda per lenientia, enemata, ſuppoſitoria. *Menſes & hæmorrhoides* naturalem obſervent curſum. *Veneri* locus concedendus non eſt. Modicus quicunque medicus ſibi eſto.

FINIS.